



Lateinische Bibliothek des Landesbildungsservers Baden-Württemberg

L. Annaeus Seneca: Dialogi: Philosophische Traktate.
Auszüge aus:

- 'De vita beata' (Über das glückselige Leben),
 - De otio' (Über die Muße)
- 'De providentia' (Über die Vorsehung)

Die in diesem Dokument gesammelten Textauszüge finden Sie beim Landesbildungsserver Baden-Württemberg: www.latein-bw.de >> Lateinische Bibliothek >> Seneca, Dialogi

Inhaltsverzeichnis dieses Dokuments

Wenn Sie dieses Dokument am Bildschirm lesen, können Sie auf die Überschriften klicken, um zu dem entsprechenden Kapitel zu gelangen. Je nach Voreinstellung der verwendeten Programme müssen Sie zusätzlich die STRG- (bzw. CTRL-)Taste gedrückt halten.

Inhalt

Seneca, de beata vita 22: Über die adiaphora – die unwichtigen Dinge.....	2
Seneca, De otio (Dialogi 8) 1: Soll man zurückgezogen leben?.....	4
Seneca, De otio (Dialogi 8) 2-3.....	6
Seneca, De providentia (Über die Vorsehung) 6: Erörterung der Theodizeefrage.....	9





**Lateinische Bibliothek des Landesbildungsservers
Baden-Württemberg**

L. Annaeus Seneca: Dialogi:
Philosophische Traktate

Seneca, de beata vita 22: Über die adiaphora – die unwichtigen Dinge

Zu den adiaphora, lat. indifferentia, den mittleren Dingen, gehört nach der stoischen Lehre alles, was weder gut noch schlecht ist. Der Weise wählt bei diesen mittleren Dingen das Angenehmere, aber er muss bereit sein, auf diese Dinge zu verzichten. Gesundheit und körperliche Verfassung gehören zu diesen mittleren, letzten Endes unwichtigen Dingen, denn man kann auch mit einem schwachen Körper ein guter, tugendhafter Mensch sein.

Text	Übersetzungshilfen
<p>Quid autem dubii est, quin haec maior materia sapienti viro sit animum explicandi suum in divitiis quam in paupertate, cum in hac unum genus virtutis sit non inclinari nec deprimi, in divitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia campum habeat patentem?</p>	<p>Quid dubii est, quin: welchen Zweifel kann es geben, dass materia: das Mittel animum...: übersetzen Sie mit ...um seinen Geist zu... in hac: gemeint ist die Armut unum genus virtutis <u>sit</u>: ... es gibt ... inclinare: beugen explicare: entfalten dispositio: Planung magnificentia: die Großzügigkeit</p>
<p>Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimae staturae, esse tamen se procerum volet.</p>	<p>procerus: hochgewachsen</p>
<p>Et exilis corpore aut amisso oculo valebit, malet tamen sibi esse corporis robur, et hoc ita, ut sciat esse aliud in se valentius.</p>	<p>exilis: dürr, schwächlich robur, roboris n: die Kraft valens: kräftig</p>
<p>Malam valetudinem tolerabit, bonam optabit.</p>	



<p>Quaedam enim, etiam si in summam rei parva sunt et subduci sine ruina principalis boni possunt, adiciunt tamen aliquid ad perpetuam laetitiam et ex virtute nascentem:</p>	<p>quaedam: einige Dinge, bestimmte Dinge subducere: wegnehmen ruina: der Verlust principale bonum: das höchste Gut</p>
<p>sic illum afficiunt divitiae et exhilarant ut navigantem secundus et ferens ventus, ut dies bonus et in bruma ac frigore apricus locus.</p>	<p>exhilaro: erheitern, fröhlich stimmen in bruma ac frigore: in frostiger Winterzeit apricus: sonnig</p>
<p>Quis porro sapientium –nostrorum dico, quibus unum est bonum virtus – negat etiam haec, quae indifferentia vocamus, habere aliquid in se pretii et alia aliis esse potiora?</p>	<p>nostrī: gemeint sind die Stoiker alii aliis: die einen den anderen potior: etwas, das man vorziehen muss; besser</p>

161 Wörter





Lateinische Bibliothek des Landesbildungsservers
Baden-Württemberg

L. Annaeus Seneca: Dialogi:
Philosophische Traktate

Seneca, De otio (Dialogi 8) 1: Soll man zurückgezogen leben?

Soll man den anderen nützen oder sich zu einem Leben zurückziehen, das der Muße gewidmet ist? Seneca vergleicht hier die Antworten der Stoiker, als deren Parteigänger er sich bekennt, und der Epikureer.

Auf www.romanum.de ist eine Übersetzung dieses Textes zu finden.

Text	Übersetzungshilfen
<p>[1] ... Licet nihil aliud, quod sit salutare, temptemus, proderit tamen per se ipsum secedere: meliores erimus singuli.</p> <p>Quid, quod secedere ad optimos viros et aliquod exemplum eligere, ad quod vitam derigamus, licet?</p> <p>Quod sine otio non fit: tunc potest obtineri, quod semel placuit, ubi nemo intervenit, qui iudicium adhuc imbecillum populo adiutore detorqueat; tunc potest vita aequali et uno tenore procedere, quam propositis diversissimis scindimus.</p>	<p>licet mit Konj.: mögen wir auch...</p> <p>Quid, quod ... licet: wie wäre es damit, dass...</p> <p>tunc: dann (d.h., wenn man die Muße gewählt hat)</p> <p>imbecillus: schwach</p> <p>detorquere, detorqueo, detorsi detortum,: entwinden (hier ohne Dativ-Objekt der Person, der etwas entwunden wird; daher sollte man 'nobis' ergänzen.)</p> <p>tenor, tenoris m.: der Verlauf</p> <p>propositum: das Vorhaben, das Projekt, der Plan (hier negativ gemeint: das Projekt, das uns vom Wahren und der Muße ablenkt).</p> <p>scindere: etwas zersplittern, zerreißen, unterbrechen</p>
<p>[2] Nam inter cetera mala illud pessimum est, quod vitia ipsa mutamus. Sic ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo iam familiari: aliud ex alio placet, vexatque nos hoc quoque, quod iudicia nostra non tantum prava, sed etiam levia sunt.</p>	<p>quod: faktisches quod, übersetze also: dass</p> <p>pravus: falsch, verzerrt</p> <p>levis: leicht</p>



Text	Übersetzungshilfen
<p>[3] Fluctuamur aliudque ex alio comprehendimus; petita relinquimus, relicta repetimus:</p> <p>alternae inter cupiditatem nostram et paenitentiam vices sunt.</p>	<p>aliud ex alio: eines nach dem anderen</p> <p>paenitentia: die Reue</p> <p>vices sunt: sie wechseln sich ab (von vicis [defektiv, d.h. nur wenige Kasus werden gebraucht]: der Wechsel)</p>
<p>Pendemus enim toti ex alienis iudiciis, et id optimum nobis videtur, quod petitores laudatoresque multos habet, non id, quod laudandum petendumque est, nec viam bonam ac malam per se aestimamus, sed turba vestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium.</p>	<p>petitor: Substantiv der handelnden Person zu petere: der Bewerber</p> <p>turba vestigiorum: die Menge der Spuren</p>
<p>[4] Dices mihi:</p> <p>"Quid agis, Seneca? deseris partes! Certe Stoici vestri dicunt:</p> <p>'Usque ad ultimum vitae finem in actu erimus, non desinemus communi bono operam dare, adiuvere singulos, opem ferre etiam inimicis senili manu. Nos sumus, qui nullis annis vacationem damus et, quod ait ille uir disertissimus,</p> <p>Canitiem galea premimus;</p> <p>nos sumus, apud quos usque eo nihil ante mortem otiosum est ut, si res patitur, non sit ipsa mors otiosa.'</p>	<p>partes: die Partei (gemeint ist hier die Schule der Stoiker)</p> <p>Canitiem galea premimus: Zitat aus Vergil, Aeneis, 9, 612: 'Noch auf das graue Haar setzen wir den (Kriegs)-Helm.'</p>
<p>Quid nobis Epicuri praecepta in ipsis Zenonis principiis loqueris? Quin tu bene gnaviter, si partium piget, transfugis potius quam prodis?"</p>	<p>Epicurus, Zenon: griechische Philosophen. Epikur vertrat eine materialistische Ethik, während Zeno einer der Begründer der Stoa war.</p> <p>quin: warum nicht?</p> <p>partium piget: die Partei (der man angehört) reut oder verdrießt einen</p>
<p>Hoc tibi in praesentia respondebo:</p> <p>"Num quid vis amplius, quam ut me similem ducibus meis praestem?</p> <p>Quid ergo est? non quo miserint me illi, sed quo duxerint ibo."</p>	<p>in praesentia: für den Moment</p> <p>se praestare: sich zeigen als</p>

Textauszug: ca. 280 Wörter





**Lateinische Bibliothek des Landesbildungsservers
Baden-Württemberg**

L. Annaeus Seneca: Dialogi:
Philosophische Traktate

Seneca, De otio (Dialogi 8) 2-3

Fortsetzung von De otio 1; hierzu wird auf dem Landesbildungsserver ebenfalls ein Arbeitsblatt angeboten. Auf www.romanum.de ist eine Übersetzung dieses Textes zu finden.

Seneca geht im folgenden Abschnitt auf den Vorwurf ein, er habe die stoische Lehre verlassen oder verwässert. In § 3 skizziert er die Grundzüge der stoischen Pflichtenlehre, wie er sie versteht: Der Weise soll immer nützen, aber er kann es von den Umständen abhängig machen, wem er nützt. Man kann hier an den Hintergrund der zeitgeschichtlichen Situation denken: Im Prinzipat war der politische Gestaltungsspielraum sehr eingeschränkt.

Text	Übersetzungshilfen
<p>[2,1] Nunc probabo tibi non desciscere me a praeceptis Stoicorum, nam ne ipsi quidem a suis desciverunt.</p> <p>et tamen excusatissimus essem, etiam si non praecepta illorum sequerer, sed exempla.</p> <p>Hoc, quod dico, in duas dividam partes:</p> <p>primum, ut possit aliquis vel a prima aetate contemplationi veritatis totum se tradere, rationem vivendi quaerere atque exercere secreto;</p> <p>[2] deinde, ut possit hoc aliquis emeritis iam stipendiis, profligatae aetatis, iure optimo facere et ad alios occupationes referre, virginum Vestalium more, quae, annis inter officia divisas, discunt facere sacra et, cum didicerunt, docent.</p>	<p>desciscere, descisco, descivi, descitum: verlassen, im Stich lassen</p> <p>contemplatio: die Betrachtung</p> <p>stipendiis emeritis: wenn der Dienst abgeleistet ist (emereor: ausdienen; aus der Militärsprache)</p> <p>aetas profligata: das weit vorgerückte Alter</p>
<p>[3,1] Hoc Stoicis quoque placere ostendam, non quia mihi legem dixerim nihil contra dictum Zenonis Chrysippive committere, sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam:</p> <p>quam si quis semper unius sequitur, non in curia, sed in factione est.</p>	<p>legem dicere: sich ein Gesetz geben</p> <p>Zenon, Chrysippus: Gründer der stoischen Lehre</p> <p>factio: die Partei</p>



<p>Utinam quidem iam tenerentur omnia et in aperto confessa veritas esset nihilque ex decretis mutaremus!</p> <p>Nunc veritatem cum iis ipsis, qui docent, quaerimus.</p>	<p>tenerere: verstehen</p> <p>decreta: die (=unsere) Beschlüsse</p>
<p>[3,2] Duae maxime et in hac re dissident sectae Epicureorum et Stoicorum, sed utraque ad otium diversa via mittit.</p> <p>Epicurus ait : "Non accedet ad rem publicam sapiens, nisi si quid intervenerit."</p> <p>Zenon ait: "Accedet rem publicam, nisi si quid impedierit."</p>	<p>accedere ad rem publicam: sich in der Politik engagieren</p>
<p>[3,3] Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.</p>	<p>propositum: der Vorsatz</p>
<p>Causa autem illa late patet: si res publica corruptior est, quam ut adiuvari possit, si obscurata est malis, non nitetur sapiens in supervacuum nec se nihil profuturus impendet;</p>	<p>late patere: einen weiten Spielraum haben</p> <p>corruptus: verdorben</p> <p>quam ut: als dass</p>
<p>si parum habebit auctoritatis aut virium nec illum erit admissura res publica, si valetudo illum impedit, quomodo navem quassam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis, sic ad iter, quod inhabile sciet, non accedet.</p>	<p>admittere: (hier:) akzeptieren</p> <p>quassus: leck</p> <p>inhabilis: nicht gangbar. Ergänzen Sie 'esse', so dass von 'sciet' ein Acl abhängt. Es liegt dann eine relativische Verschränkung vor: iter, quod (=Relativpronomen) inhabile esse sciet.</p>
<p>[3,4] Potest ergo et ille, cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates, in tuto subsistere et protinus commendare se bonis artibus et illibatum otium exigere, virtutum cultor, quae exerceri etiam quietissimis possunt.</p>	<p>illibatus: unvermindert</p>

<p>[3,5] Hoc nempe ab homine exigitur, ut prosit hominibus, si fieri potest, multis, si minus, paucis, si minus, proximis, si minus, sibi.</p> <p>Nam cum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium.</p> <p>Quomodo, qui se deteriore facit, non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus eis, quibus melior factus prodesse potuisset, sic quisquis bene de se meretur, hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat.</p>	<p>nempe: freilich, jedenfalls</p> <p>exigere: fordern</p> <p>si fieri potest...: die drei Konditionalsätze (si minus...) sind parallel gebaut. Hinter 'si' ist jeweils 'fieri potest' zu ergänzen.</p> <p>de se mereri: sich um sich selbst verdient machen, sich um sich selbst kümmern</p> <p>hoc ipso: Ablativ. 'Genau dadurch, dass...'. parat mit Inf. Futur: er bereitet sich darauf vor, ... zu ...</p>
--	--





**Lateinische Bibliothek des Landesbildungsservers
Baden-Württemberg**

L. Annaeus Seneca: Dialogi:
Philosophische Traktate

Seneca, De providentia (Über die Vorsehung) 6: Erörterung der Theodizeefrage

Unter dem Begriff der Theodizee versteht man die Frage, wieso ein guter Gott zulässt, dass gute Menschen leiden. Seneca meint einerseits, am tapferen Ertragen von Leid lasse sich der Wert einer moralischen Haltung ermesen; zum anderen hält er das Leid für nicht so schlimm, dass es den Menschen zerbrechen kann.

Text	Übersetzungshilfen
<p>1. "Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali deus fieri?" Ille vero non patitur.</p> <p>Omnia mala ab illis removet, scelera et flagitia et cogitationes improbas et avida consilia et libidinem caecam et alieno imminentem avaritiam;</p> <p>ipsos tuetur ac vindicat:</p> <p>numquid hoc quoque aliquis a deo exigit, ut bonorum virorum etiam sarcinas servet?</p> <p>Remittunt ipsi hanc deo curam: externa contemnunt.</p>	<p>zur Konstruktion des Satzes: beziehen Sie 'bonis viris' auf 'fieri' (hier: zustoßen)</p> <p>caecus: blind</p> <p>ipsi: die Menschen, die zu ihm gehören</p> <p>sarcina, sarcinae, f.: die Last, der Besitz, die Habseligkeiten</p> <p>externa, externorum, n.: die äußeren Dinge</p>
<p>2. Democritus divitias proiecit, onus illas bonae mentis existimans:</p> <p>quid ergo miraris, si id deus bono viro accidere patitur, quod vir bonus aliquando vult sibi accidere?</p> <p>Filios amittunt viri boni: quidni, cum aliquando et occidunt?</p> <p>In exilium mittuntur:</p> <p>quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquunt?</p> <p>Occiduntur: quidni, cum aliquando ipsi sibi manus adferant?</p>	<p>Democritus: griechischer Philosoph</p> <p>quidni: warum nicht</p> <p>sibi ipse manus adferre (afferre): Hand an sich anlegen, d.h. Selbstmord begehen</p>



Text	Übersetzungshilfen
<p>3. Quare quaedam dura patiuntur? ut alios pati doceant; nati sunt in exemplar. Puta itaque deum dicere: “quid habetis, quod de me queri possitis, vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi et animos inanes velut longo fallacique somnio lusi: auro illos et argento et ebore adornavi, intus boni nihil est.</p>	<p>puta deum dicere... : von hier ab „zitiert“ Seneca Gott, d.h. er gibt dem Leser eine Vorstellung davon, was Gott auf die Fragen der Menschen nach der Theodizee antworten würde. fallax, fallacis: täuschend ludere (hier:) täuschen</p>
<p>4. Isti, quos pro felicibus aspicias, si non qua occurrunt, sed qua latent videris, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida et sincera felicitas: crusta est et quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare et ad arbitrium suum ostendi, nitent et inponunt; cum aliquid incidit, quod disturbet ac detegat, tunc apparet, quantum altae ac verae foeditatis alienus splendor absconderit.</p>	<p>qua: von der Seite, auf der / von der aus ... paries, parietis, m.: die Wand extrinsecus: von außen crusta, crustae, f.: die äußere Zierde, die Stuckarbeit foeditas, foeditatis, f. (von foedus: hässlich): die Scheußlichkeit alienus: äußerlich abscondere: verbergen</p>
<p>5. Vobis dedi bona certa mansura, quanto magis versaverit aliquis et undique inspexerit, meliora maioraque; permisi vobis metuenda contemnere, cupiditates fastidire; non fulgetis extrinsecus, bona vestra introrsus obversa sunt. Sic mundus exteriora contempsit spectaculo sui laetus. Intus omne posui bonum; non egere felicitate felicitas vestra est.</p>	<p>manere, maneo, mansi, mansum: bleiben. Das Partizip Futur ist mit bona kongruent. quanto...: zum besseren Verständnis kann man den Satz so ordnen: [et] meliora maioraque [bona], quanto magis (je mehr) fastidire: Widerwillen gegen etwas empfinden fulgere, fulgeo, fulsi: glänzen extrinsecus / introrsus: äußerlich / innerlich exteriora (neutrum Pl.): die äußeren Dinge non egere...: das Paradox wird verständlich, wenn man unter der ersten Verwendung von ‚felicitas‘ (felicitate egere) ‚Erfolg‘ versteht und unter der zweiten (felicitas vestra est) das Glück im philosophischen Sinne.</p>



Text	Übersetzungshilfen
<p>6. 'At multa incidunt tristia horrenda, dura toleratu.'</p> <p>Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi: ferte fortiter.</p> <p>Hoc est, quo deum anteceditis: ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam.</p> <p>Contemnite paupertatem: nemo tam pauper vivit, quam natus est. Contemnite dolorem: aut solvetur aut solvet.</p> <p>Contemnite mortem: quae vos aut finit aut transfert. Contemnite fortunam: nullum illi telum, quo feriret animum, dedi." ...</p>	<p>„At multa...toleratu‘: Hier spricht ein Widersacher, der Einwände gegen die Rede Gottes erhebt. Im Folgenden antwortet Gott auf diesen Einwand.</p> <p>toleratu: Supin 2 zu tolerare: 'zu ertragen'</p> <p>feriret: von ferire: treffen</p> <p>telum, teli, n.: die Waffe</p>

